


215. *Masshaeus, Phil., De usurpatione.*



44/60685



44





PR
RIS
VIRG
j. u
ru



390/44/606 85(5)

DISPUTATIO
DE USUFRUCTU,

Cujus subjectas theses

DEI OPT. MAX. AUXILIO:

PRÆSIDE CLA-
RISSIMO CONSULTISSIMOq;
VIRO, DOMINO PHILIPPO MATTHÆO
J. U. D. IN ILLUSTR. MARBURG. CATTO-
rum Academia SS. LL. Professore ordinario, exer-
citiū gratiā publicè defende-
re conabitur

CHRISTIANVS Regis SAXO.

Ad diem 6. Novemb.

In Collegio Jctorum horis consuetis,



MARPURGI,
Apud Paulum Egenolphum. 1591.

EXCELLENTISSIMIS, HUMA-
nissimis & ornatissimis viris, doctrina, dignitate,
ac vitæ morumq; integritate præ-
stantissimis:

*Dn. Friderico Megelio, Medicine Doctõri, Physico
apud Goslarienses ordinario:*

*Dn. Jacobo Hellevaco, Liberalium artium Magistro
solertissimo:*

&

*Dn. Alberto Rüst/SS.LL.Candidato meritissimo:
Dominis Mecænatibus, agnatis ac fautoribus suis perpe-
tua observantia reverenter colendis:*

Hanc de Usufructu disputationem
offert, dicat & consecrat

Respondens

Christianus Regel Saxo.

DE USUFRUCTU.

Thesis I.

Ususfructus a est servitus personalis b alienis rebus utendi fruendi salva rerum substantia c. a pr. Inst. h. t. l. 1. ff. eod. b Minus logicè definitur jus. In definitionibus enim propius genus est assumendum. D. Præceptor Vult. lib. 1. Jurispr. Rom. cap. 63. n. 16. Dissentit Hotom. in lexico suo in verb. ususfructus, qui vulgatam definitionem defendit, quod jus & servitus sint relatæ c. Hæc definitio adversus argumenta plurima defenditur ab Hotom. quæst. illustr. quæst. 22. Connan. lib. 4. comment. cap. 3. Anton. Gomef. in commentar. tom. 2. cap. 15. de servitutib.

II.

Unde sequitur, usumfructum hic accipi non pro dominio aut ejus parte, ut aliquando fit, cum proprietatem comitatur a: sed pro servitute, quæ in jure consistit: qui ususfructus reipsa fundi pars non est b, quia fundi partes sunt *ὅμοιοτέρες* c: in multis tamen casibus pars fundi, item parti similis & instar partis dicitur d.

a l. qui usumfructum 58. l. si ita stipulatus. 126. §. Titius 1. ff. de verb. obligat. l. cum filius 76. §. Dominus. 2. ff. de legat. 2. l. si cum testamento §. si fundum pen. de except. rei judic. b l. rectè dicimus 25. de verb. signif. l. si Titio 33. §. 1. ff. de usuf. l. Mævius 66. §. fundo. 6. de legat. 2. l. si à reo. 70. §. si reo. ff. de fidejussor. l. Et per jusjurandum 13. §. illud certum. ff. de acceptilat. Arius Pinell. in l. 1. part. 3. n. 1. & seqq. C. de bon. matern. Cujac. ad Afric. tract. 5. fol. 179. Idem ad l. qui usumfructum. 58. de verb. oblig. idem ad l. si unus. §. item pactus. ff. de pact. VVes. in par. ff. h. t. n. 5. Hotom. lib. 3. obs. 22. Connan. lib. 4. c. 3. c Cujac. ad l. si unus. d. loco. d l. ususfructus. 4. ff. de usuf.

III.

Et rectè id quidem Pinello a videtur, quod ususfructus omne fundi emolumentum contineat: usufructuarius quoque in multis juris articulis penè domini loco habeatur, non

quidem jure domini, sed jure servitutis b : Nemini enim res suas servire catholicum est c.

a in l. 1. part. 3. n. 1. C. de bon. matern. b d. l. Mevius 66. §. 6. de legat. 2. l. usufructu 7. in pr. ff. h. t. Cujac. dd. locis. l. 8. ff. de reb. aut. jud. possid. c l. uti frui 5. in pr. ff. si usufr. per. ut. l. in re communi 26. de servit. urb. pred. D. Vult. d. c. 63. nu. 41. 1111.

Eodem suffulti fundamento Dd. divisionem, qua usum fructum diducunt in causalem & formalem a, (licet doctissimo Pinel. b communē Dd. sentent. propugnanti non ita absurda videatur) utpote à nostro usufructu alienam cum Coraf. c & aliis nonnullis hinc exulare jubemus, dividendes eū in usufructū verum, & quasi: quorū ille in rebus, quæ usu non consumuntur, hic verò in rebus quæ usu consumuntur, cōsistit d.

a glos. in verb. jus. ubi etiam Angel. Faber & Dd. in pr. h. t. b in l. 1. part. 2. n. 9. 10. C. de bon. matern. c lib. 5. miscell. c. 3. & ff. de servit. Duar. in l. si ita stipulatus 126. de verb. oblig. Costal. in l. 1. h. t. Connan. lib. 4. cap. 3. VVesemb. in par. ff. h. t. n. 4. AEmil. in l. re conjuncti. n. 24. ff. de legat. 3. Dissent. Pinell. d. loco. Cujac. ad d. l. qui usufructum 58. ff. de verb. oblig. d §. constituitur. Inst. h. t. Ulp. in suis Instit. t. 24. §. 24. t. t. ff. de usuf. ear. rer. quæ usu & c. D. Precept. Vult. lib. 1. Jurispr. Rom. c. 63. num. 22.

V.

Causa efficiens usufructus consistit in usu usufructuarī & eum patientis domini. Patientia enim est quasi traditio in rerum incorporalium constitutione & translatione recepta.

l. omnium 3. in pr. ff. h. t. l. quotiens 20. ff. de servit. l. si ego. 11. §. 1. de Public. in rem act. l. 1. in fi. de servit. rust. predior. VVesemb. ad princ. Inst. h. t. Andr. Gail. lib. 2. pract. obs. obs. 66. n. 5.

VI.

Quod tamen distinctionem recipit. Nam si testamento vel qua alia ultima voluntate constitutus fuerit, ea opus non est: quia ipso jure hoc casu acquiritur usufructus.

l. si partem. 19. §. 1. Quemad. serv. amitt. Bartol. in l. si usufructus. ff. de usuf. legat. Alex. and. consil. 56. vol. 3. n. 3. Ratio est. Quia ea, quæ legantur, recte via ab eo, qui legavit, ad eum, cui legata sunt, transeunt.

text.

text est in l. à Titio 64. ff. de furt. in fi. l. legatum 80. ff. de legat. 2. Non
tamen propria auctoritate fructuarius fundum capere potest. Salicet. in
l. 1. C. de usufr. Gail. lib. 2. obs. 146. n. 6.

VII.

Modi verò ususfructus constituendi varii sunt. Nā vel ipso
jure, & ab ejus ministro iudice, vel à domino constituitur.

*l. 1. de usufr. accresc. l. 6. §. pen. ff. commun. divid. l. 16. §. 1. ff. Famil.
Erciscund.*

VIII.

Jure; quando concéditur patri in bonis adventitiis filii *a*,
& in bonis liberorum emancipatorum pro parte dimidia *b*;
item matri transeunti ad secundas nuptias in bonis quæ ha-
buit ex lucro nuptiali *c*, vel ex successione filii prioris ma-
trimonii *d*.

a princ. Instit. per quas person. cuiq. acquir. l. 1. 2. 6. C. de bon. quali-
ber. *b* §. hoc quoq. Instit. per quas person. cuiq. acquir. d. l. cum oportet.
c *auth. uxore cum seq. C. de secund. nupt. Cujac. in par. C. si secund.
nupt. mulier. d* *auth. ex testamento. vers. ab intestato. C. de secund.
nupt. Pinell. in l. 1. part. 2. n. 15. C. de bon. matern.*

IX.

Jure tamén Saxonico non nisi cum tutoris ad id dati au-
toritate constitui mulieri ususfructus aut dotalitium in bo-
nis mariti potest.

*Saxon. lib. 1. art. 44. Rein. diff. 13. de tutel. VVejenb. in par. ff. de usufr.
accresc. n. 1.*

X

Ardua & in utraq; partem vehementer agitata est quæ-
stio, An feudo dato; ususfructus acquiratur patri? Et quamvis
ab utraq; parte tot habeantur Dd. autoritates, ut in certamen
venire videatur, ultra pluribus sit stipata: Negativam tamen
quæ & communius recepta est, defendere conabimur.

*Andr. de Ifern. in præfat. feud. c. 1. n. 13. qui feud. dar. poss. Belvis. Al-
varot. n. 8. Præpos. in c. un. §. si duo. col. 2. de duob. frat. ib. de nov. benef.
invest. post Claud. Seiffell. Zas. par 5. Rol. à Valle consil. 71. n. 65. & 66.
vol. 2. VVes. c. 5. n. 4. de feud. Schneid. de feud. part. 3. n. 98. Borch. de feud.
c. 5. n. 48. Rosenth. c. 7. quæst. 27. in fi. Dissentiunt Bald. in l. cum oportet.*

*C. de bon. que liber. Curt. Jun. de feud. part. 3. n. 46. Roland. à velle con-
fil. 54. n. 28. vol. 3. Et hoc verius esse dicit Sonsbeck part. 7. n. 8.*

XI.

Jure etiam accrescendi usumfructum nobis acquiri ma-
nifesti juris est. Id quod in conjunctis tantum locum habe-
bit. Nam si separatim relinquatur usufructus, sine dubio jus
accrescendi cessabit.

*l. 1. & t. t. de usufr. accresc. Paul. lib. 3. tit. 6. Cujac. ad Ulp. t. 24. Go-
vean. de jur. accresc. VVes. ad §. si eadem. Instit. de legat. Duaren. de jur.
accresc. Henric. à Suerim. lib. quest. de usufr. accresc. Donell. in l. 5. §. ult.
& ad l. 6. & 7. de reb. dubiis. Accurs. & Costal. in l. 1. §. interdum. de
usufr. accresc. Cujac. in par. C. de caduc. tollend. Idem lib. 24. obf. 35.
Robert. lib. 2. sentent. c. 24.*

XII.

Triplici autem modo conjunctos intelligimus. Aut enim
re & verbis simul conjunctio contingit, aut re tantum, aut
verbis tantum.

*l. triplici 142. de verb. signif. l. re conjuncti 87. de legat. 3. VVesenb. in
par. ff. de usufr. accresc. n. 4.*

XIII.

Diuturno quoque usu & longa quasi possessione, ut reliquæ
servitutes usufructus acquiruntur *a*. Nec utrum continua sit
possessio nec ne, hic attenditur *b*. Omnes enim servitutes
perpetuas causas habere debent, aptitudine scilicet & po-
tentia, licet non semper possessionem continuam *c*. Nemo
enim tam perpetuo tam continenter uti frui potest, ut nullo
momento ejus possessio interpellari videatur *d*.

a *l. si quis diuturno 10. si servit. vindic. l. 1. §. ult. de aqua & aq. plu.
arc. l. apparet 5. §. fin. de itiner. actug. priv. l. 1. 2. C. de servit. & aq. l. fin.
in fi. C. de præscript. long. tempor. ubi Cujac. in par. C. idem ad l. 4. §. fin.
de usurp. & usuc. b* *l. 1. §. fin. de aqua plu. arc. d. l. apparet 5. §. si quis.
de itiner. actug. priv. l. c* *foramen 28. ff. de servit. urb. prædior. l. 1. §. 4. 5.
ff. de aqua quotid. & astiv. d* *l. servitutes. 14. de servitut. Cujac. lib.
11. ob. cap. 3.*

XIII. Un-

XIIII.

Unde jam pridem illa Dd. distinctio inter continuam & discontinuam servitutem, utur præjudiciis Camera Imper. confirmata sit a, à nonnullis rejecta est b.

a *Mynsing. cent. 3. obs. 53. Andr. Gail. lib. 2. obs. 66. nu. 7.* b *Duar. lib. 1. disput. c. 34. VVesemb. in par. ff. de servit. n. 4. in si. Costal. in l. servitutes. 14. de servit. & l. foramen. de servit. urban. prædior.*

XV.

Ufucapione autem usumfructum constitui & acquiri communi Dd. a opinione rejecta, negamus b. Siquidem ufucapio possessionem requirit: & quidem rei corporalis non incorporalis, qualis est servitus d.

a *Duar. lib. 1. disput. c. 34. Costal. in d. l. servitutes. ff. de servit. Coraf. lib. 5. Miscell. cap. 5. VVesemb. in par. ff. de servit. nu. 5.* b *d. l. servitutes 14. de servit. l. si aliena 10. §. 1. de usurp. & usucap. vide Cujac. in par. C. de præscript. longi tempor. ubi videtur revocare ea que scripserat in l. 4. §. fin. de usurp. & usucap. c. l. sine possessione ff. de usurp. & usucap. d. l. servus. 43. §. 1. ff. de acquir. rer. dom. Robert. lib. 4. sent. cap. 8.*

XVI.

Jure saxonico omnia jura incorporalia 30. annis, anno & die præseribuntur, in dreißig Jahren/ Jahr vnd tag.

Schneid. ad §. fin. y. 19. Inst. de servitut. & ad §. usufructus. n. 4. Inst. h. t. VVesemb. in par. ff. de usurpat. n. 7. Schurz. cent. 1. constit. 32. & 69.

XVII.

A judice constituitur usufructus in judiciis divisiis familiae Erciscundæ & communi dividundo: si judex alteri proprietatem adjudicaverit, alteri usumfructum.

Usufructus 6. §. 1. ff. h. t. l. 6. §. pen. ff. commun. divid. §. fin. Inst. de off. jud. l. 16. §. 1. famil. Erciscund.

XVIII.

Et hisce modis à jure vel à judice. A domino constituitur usufructus aut inter vivos per conventiones, veluti pactiones, stipulationes, donationes: aut per ultimas voluntates, testamentum vel codicillos.

§. 1. Inst.

§.1. *Inst. h. t. l. 3. in pr. h. t. ibi testamentum ἐν πλάθει pro quavis ultima voluntate accipitur, l. verbis. 120 ff. de verb. signif.*

XIX.

Hic non importunè quaritur, usufructu legato quando ejus dies cedat? Et non à morte, ut cæterorum legatorum *a*, sed ab adita hereditate cedere existimamus *b*.

a l. 1. §. in novissimo. C. de caduc. tollend. *VVes. in par. ff. quand. dies leg. cedat.* *b* *L un. ff. quand. dies usuf. leg. cedat. ibiq. VVes. in par. Ratio est. Quia usufructus intelligi non potest, nisi sit qui eum constituat, quiq. sui patiatur, l. 3. h. t. nempe heres, qui nullus existit ante aditam hereditatem.*

XX.

Et hæc vera sunt de usufructu proprio. Sed quasi usufructus sola ultima voluntate constituitur.

§. constituitur. *Inst. h. t. Ulp. t. 24. §. 25. t. t. ff. de usuf. ear. rer. l. usufructu 69. ad l. Falcid. VVes. ad d. §. constituitur. Coman. lib. 4. commentar. jur. civil. c. 4. n. 2.*

XXI.

Materia usufructus sunt omnes res quarum natura frui-
tioni accommodata est *a*, exceptis iis, quæ ipso usu consumuntur. Nam hæc res neq; naturali, neq; civili ratione usumfructum recipiunt *b*.

a §. constituitur. & ibi *Schneid. Inst. h. t. l. 3. §. 1. l. 7. in pr. & §. 1. ff. h. t.* *b* *d. §. constituitur. l. 2. §. 1. l. pen. ff. de usuf. ear. rer. R. Quia in his usus omnis in abusu est, ut necesse sit, aut substantiam absumi, aut nullum esse usumfructum d. l. pen.*

XXII.

Constituitur igitur usufructus non tantum in fundo & ædibus *a*, verum etiam in servis & jumentis & cæteris rebus *b*. Unde non tantum res immobiles, verum etiam mobiles & se moventes in usumfructum dari possunt: quamvis in prædialibus servitutibus secus sit *c*.

a *d. §. constituitur. l. 3. §. 1. h. t.* *b* *d. §. constituitur. l. numismatum 23. l. statua. 41. h. t.* *c* *Ex quo etiam prædiales dicuntur, quod prædia sint*

*sint immobilia. §. ideo autem. Inst. de servitut. l. 1. ff. communia praedior.
D. Vult. lib. 1. Jurispr. Rom. cap. 63.*

XXIII.

Et non tantum pars aliqua bonorum certa, sed & incerta in usumfructum concedi potest.

l. etiam partis 43. ff. h. t.

XXIII.

Sed pulchrum hic occurrit dubium, si pars bonorum incerta data sit, quantum intelligatur datum? Eo casu dimidiam partem in usumfructum datam intelligi existimamus.

d. l. etiam partis. 43. ff. h. t. Ratio. Appellatione enim partis intelligitur dimidia. l. 25. §. fin. l. 164. §. partitionis 1. ff. de verb. signif. l. plane. 34. §. fin. de legat. 1. Connan. lib. 4. c. 4. in fi.

XXV.

In quaestionem hic quoq; venit, an omnium bonorum ususfructus recte legetur? Id quod, nisi dodrantis aestimatio excedatur, fieri posse putamus.

L. omnium 29. l. quotiens 34. in fi. ff. h. t. l. 3. de usufr. ear. rer. & c. Cujac. ad Nov. 18. fol. 120. Connan. comment. jur. civil. lib. 4. c. 4. in fi. Cotal. ad l. omnium. ff. h. t. Novell. 18. cap. 3.

XXVI.

Interest tamen, utrum univectorum bonorum an singularum rerum ususfructus legetur. Hoc casu adibus consumptis nihil debetur *b*; illo areae petitio superest *c*.

a. d. l. quotiens 34. in fi. ff. h. t. b. d. l. quotiens. l. Repeti. 5. §. Rei mutatione. 2. a quib. mod. usufr. amitt. c. Ratio. Quia totum quamlibet suam partem de necessitate infert. Everhard. in top. in loco à Toto ad part. n. 9. vid. Cujac. ad Afric. tract. 5. in explic. d. qui usufructum. h. t.

XXVII.

Hoc loco & illud eleganter quaeri potest: an in infantibus furiosis aegrotis possit esse ususfructus? Etiam dubium erat id affirmare, quia fructus ab his nullus capi potest: tamen Paulus *a* ait utilem esse, quia utilitas mutata aetate vel conditione in his esse potest *b*.

a lib. 3. sentent. cap. 6. §. furiosi. b l. si infantis 55. l. arboribus 12. §. 3. ff. h. t. VVesemb. ad §. constituitur. n. 1. Inst. h. t.

XXVIII.

Sed an in rebus etiam incorporalibus ususfructus constitui possit, quæritur? Et licet ea de re olim dubitatum fuerit: affirmativam tamen ut veriore amplectimur.

l. 3. l. 8. ff. de usufr. ear. rer.

XXIX.

Verum enimverò licet olim res, quæ usu consumebantur, ususfructum non recipiebant: cum non maneret salva ipsarum substantia a: postea tamen utilitatis causa, ut utilis esset ultima voluntas & ususfructus legatum, quod alioqui esset periturum, Senatus censuit, ut omnium rerum, quas in cuiusq; patrimonio esse cõstaret, ususfructus legari posset b.

a §. constituitur. in pr. Inst. h. t. b l. 1. 2. & t. r. de usufr. ear. rer. VVes. in par. ff. d. t. n. 2. & ad d. §. constituitur. Connan. lib. 4. c. 4. in pr.

XXX.

Quo SCto inductum videtur, ut & earum rerum ususfructus legari queat, quæ usu consumuntur vel minuuntur a, quo in numero sunt pecunia, vinũ, frumentũ & consimilia b.

a l. 1. l. 2. h. t. b d. §. constituitur. Inst. h. t. VVes. in par. ff. de usufr. ear. rer. n. 2.

XXXI.

Harum enim rerum nullus est usus nisi in abusu, hoc est, substantiæ assumptione. Nam utendo his rebus, aut planè consumitur: ut fit in frumento, vino & oleo: aut alienatur proprietas, ut pecuniæ assidua permutatione a. Neq; enim ut frumentum & vinum usu pereunt, utendoq; consumuntur: sic & pecunia: durat enim in permutationibus pecuniæ substantia, sed respectu utentis, qui illam expendit, consumitur, & quodam modo extinguitur: quia extinguitur ejus dominium, eamq; amittit, non secus, quàm si esse in rerum natura desisset b.

a l. pen. ff. de usufr. ear. rer. VVes. in par. ff. d. t. n. 3. b d. §. constituitur. h. t. VVes. ibid. Bart. post gl. in l. 1. §. fuit quesitum. verb. Necessaria. ff. ad Trobell.

XXXII. Et.

XXXII.

Ergo Sénatus non fecit quidem earum rerum usumfructum (nec enim poterat) sed per cautionem quasi usumfructum constituit *a*, non secus ac prætor, qui quidem heredes facere non potest, etiamsi eos ad hereditatem vocet *b*.

a d. §. constituitur. Inst. b. t. b pr. Inst. de bonor. poss. l. 1. ff. de poss. hered. petit. ubi velut heredes dicuntur. vice heredum l. 2. de bon. poss. Loco heredis. l. 117. de R. Jur.

XXXIII.

Forma ususfructus est, ut patientia constituentis, & usurpatione ejus, cui constitutus est, introducatur.

l. 3. ff. h. t. VVes. in p. ar. ff. d. t. n. 9.

XXXIII.

Discerniturq; à reliquis servitutibus personalibus, quod in eo plus sit, quam in aliis. Nam qui usum habet, utitur tantum quoad necessitatem, ut nec egeat nec abundet *a*: qui verò usumfructum, non tantum quoad necessitatem, verum etiam quoad voluptatem utitur fruitur, ut abundet etiam *b*.

a §. Minus 1. Inst. de usu & habit. Hinc usus esse pro opus esse latinis dicitur. b d. §. Minus. in fi. Hinc omnis ususfructus usum continet, non vicissim. l. per servum. 14. §. 1. de usu & hab. Nec obstat l. huic stipulationi. 5. Ergo. ff. usuf. quemad. cav. Quia is qui usumfructum habet, non habet & usumfructum & usum ten duas peculiaves servitutes, & c. vide D. Herm. Vult. d. lib. 1. cap. 63. Cui. lib. 13. obs. c. 12. & ad Afr. tract. 9. in explic. l. 26. de except. rei judic. Francisc. Connan. lib. 4. c. 5. n. 2. & 3. Patium & avrop. centur. 3. quest. 50.

XXXV.

Porro ususfructus vel purè vel sub conditione: item in diem vel ex die constituitur.

l. sub conditione. 54. de usuf. l. 3. §. sed et si quis. l. 9. §. planè. usuf. quemad. cav. l. & puto. 16. §. ususfructus. ff. Familie Erisc. l. 12. C. h. t.

XXXVI.

Ad formam quoq; pertinet, quod ususfructus ab initio pro parte indivisa vel divisa constitui possit *a*. Est enim di-

viduus non ut cetera fergitutes, individuus usufr. b.

a l. usufructus 5. in pr. ff. h. t. l. excepta 14. l. placet 25. ff. quib. mod. usufr. amitt. Rat. Quia usufructus potissimum consistit in fruendo, l. i. ff. quand. dies usufr. leg. cedat. Frui autem est fructus percipere, quae res facti est, ac proinde divisionem recipit, D. Herm. Vult. Jurispr. Rom. lib. 1. c. 63. b l. usus pars. 19. de usu & habit. l. 1. §. si usufructus, l. 7. ad l. Falcid. Diversitate rationem tradit pluribus Connan. lib. 4. c. 5. Alciat. lib. 1. Paradox. c. 17. Cujac. in l. stipulationes non dividuntur. 72. de verb. oblig. VVes. in par. ff. de usu & habit. n. 4. vide omnino Francisc. Hotom. illust. quæst. quæst. 18. contra disputantem.

XXXVII.

Finis & effectus usufructus est uti frui re aliena ad vitam tantum non ulterius.

§ finitur. Inst. h. t. l. 3. §. si. ff. quib. mod. usufr. & c. l. pen. in pr. C. h. t. VVes. in par. ff. h. t. n. 9. in si. D. Vult. lib. 1. Jurisp. Rom. c. 63. fol. 289.

XXXVIII.

Quocirca, si maturis quidem, nondum tamen à solo separatis fructibus, ipsum decedere contingat, tunc ii non ad ipsius heredes sed proprietarium pertinent a.

a §. is verò. ubi VVes. & Schneid. Inst. de rer. divis. l. arboribus 12. §. si fur. l. 38. ff. h. t. l. si fructuarius 13. quib. mod. usufr. amitt. Rat. quia fructus pendentes pars fundi esse censentur. l. fructus. ff. de rei vindic. Dissentit Jacob. Cujac. de feud. lib. 4. c. 30. de fructib. feud. Quem refutat Hart. Pistor. lib. 1. quæst. quæst. 24. n. 17. & seqq.

XXXIX.

Sed quid si messe facta & fructibus jacentibus decesserit, an ad hoc ut usufructuarii fiant, requiritur, eos absportatos & in horreum reconditos esse? Id quod contra gloss. a necessarium esse negamus b.

a in d. §. is verò. verb. percepti. Inst. de rer. divis. b d. §. is verò. d. l. si fructuarius. ff. quib. mod. usufr. & c. Schneid. & Interpp. ad d. §. is verò. D. Vult. lib. 1. c. 64. de access. rer. fol. 295. & lib. 1. discept. scholast. c. 20.

ib Jure Saxon. in fructibus industrialibus id quod dictum est,

est, non obtinet. Nam quicquid usufructuarius consevit, id, quamvis necdum maturum neq; perceptum sit, ad suum heredem transmittit.

Lehnrecht lib. 2. art. 58. Hinc vulgo dicitur: Was die Ege bestrichen vnd die Hecke bedecket hat / das folget dem Erbe. Reimb. diff. ult. part. diff. 11. VVesemb. in par. ff. quib. mod. usufr. amitt. n. 3. & ad r. solut. matrim. n. fin. Schneid. ad d. §. is vero. Inst. de rer. divis. n. 3. & ad §. constituitur. Inst. h. t. n. 8. in fin.

XLI.

Pulcherrima juxta ac difficilis hic incidit quaestio, Ad quem fructus ultimi anni, quo feudum morte vasalli domino apertum est, pertineant, an ad dominum an verò ad defuncti heredes? Et si vasallus ante Calendas Martii moriatur, omnes fructus illius anni ex feudo provenientes ad dominum pertinere: si verò post Calend. Martii usque ad Augustum (vel potius Septemb. a) heredum manere: Si verò post Augustum omnes fructus domini esse, communi Dd. calculo rectè receptum est b.

a c. 1. §. his consequenter. verb. post Augustum. Hic finit. lex. & c. Sontbeck. de feud. p. 10. n. 10. Zaf. p. 10. n. fi. Hart. Pistor. part. 2. quaest. 24. nu. 47. b Bl. Alvar. Prapof. in d. c. un. §. his consequenter. Sontbec. & Zaf. ad. loc. Borch. de feud. c. 7. n. 95. Hart. Pistor. d. loc. n. 43. Covar. lib. 1. var. resolut. c. 15. Rosenthal in synops. feud. c. 10. quaest. 115. Dissentiunt Cujac. lib. 4. de feud. t. 20. Eguinar. Baro ad d. §. his consequenter. Molinuis in consuet. Paris. t. 1. §. 1. n. 11. VVurms. in obs. pract. obs. 26. Baptista à Wilalob. in lit. P. n. 64. Dissentiunt etiam alii, qui volunt fructus pendentes pro rata anni dividi. Alexand. in l. Divortio 7. §. Papinianus. ff. solut. matrim. VVesemb. in par. ff. solut. matr. in fi. Idem VVes. in addit. ad Schneid. in §. is verò. Inst. de rer. divis. & de feud. c. 10. n. 5.

XLII.

De jure verò Saxon. fructus ultimi anni pro rata, secundum tempus quo vasallus vixit, inter heredes vasalli dividuntur.

Ita disponitur art. 58. lib. 2. Lehnrecht. c. 6. ibi; daß des verstorbenen

nen Lehenmans Landt Erben nemen das jentige / so der Lehen
Mann am Lehen verdienet hat. Wenn er den Zinstag erlebet
hat/als auff Walpurg den Lemmerzehend/auff Johannis aller
Fleysch zehend/auff Margareta aller Korn zehend/ &c. Schneid.
d. loco. VVes. d. loco. Hart. Pistor. quest. 24. & 25. part. 1.

XLIII.

Porro emolumentum & commodum ususfructus est
maximum. Omnes enim fructus, qui ex re usufructuaria per-
cipiuntur, & percipi possunt, ad usufructuarium pertinent
sive sint naturales, industriales vel civiles *a*. Concesso ergo in
pecoribus & jumentis usufructu, foetus, lac, pilus, lana ad fru-
ctuarium pertinent *b*.

a l. usufructu. 7. litem si fundi 9. l. 13. §. 5. l. arbores 59. §. 1. ff. h. t. *b*
§. in pecudum. Inst. de rer. divis. l. in pecudum 28. ff. de usur. l. vetus 68. ff.
h. t. l. sequitur. §. lana. ff. de usurpat. & usuc.

XLIII.

Vetus fuit quaestio, an partus ad fructuarium pertineret,
sed Bruti sententia obtinuit, fructuarium in eo locum non
habere. Neq; enim in fructu hominis homo esse potest *a*.
Absurdum enim id videbatur: cum omnes fructus rerum
natura gratia hominis comparaverit *b*.

a d. l. vetus 68. ff. h. t. *b* d. §. in pecudum. d. l. in pecudum. 28. in si. l.
ancillarum. 27. de pet. her. Coras. lib. 5. Misc. c. 8. n. 3. Paul. lib. 3. sent. cap.
6. §. Ancilla.

XLV.

Usufructuarium ergo in montibus & saltibus venari
posse juris est manifestissimi.

l. usufructuarium. 62. in pr. l. 9. §. aucupiorum. ff. h. t. l. 22. de instr. &
instr. leg. l. 26. ff. de usur. Coras. lib. 5. misc. c. 8.

XLVI.

Ea quoq; quae vi fluminis fundo fructuario accreverunt
ad fructuarium pertinere statuimus.

§. praterea. 20. Inst. de Rer. divis. Concennat. lib. 4. quest. jur. sing.
quest. 9.

XLVII.

Ex eodem fundamento deciditur & haec quaestio: Inventis
rebus

rebus in prædio feudali ad quem eas pertinere sit interpretandum, utrum ad dominum, an ad vasallum. Sed ad vasallum spectare communiter concluditur.

arg. l. divorzio. 7. §. si vir in fundo. ff. solut. matr. ubi Dd. l. item §. et si lapidina. ff. h. t. Rat. quia lucra etiam fortuita ad fructus referuntur, & ad utile, ut Dd. vocant, dominium pertinent. Jacob. de S. Georg. vers. & cum argentifodin. VVes. de feud. c. 12. nu. 4. Schneid. ad §. constituitur. n. 5.

XLVIII.

Quare si in fundo feudali sint lapidicinae vel cretae fodinae, ad vasallum eas pertinere, intrepidè defendemus.

litem 9. §. 2. l. 13. §. inde est quaesitum. 5. ff. h. t. Schneid. ad d. §. constituitur. n. 5.

XLIX.

Quod tamen ad auri vel argenti fodinas porrigendum non est, quia hæc inter regalia referuntur. Licet enim utiliter ad vasallum pertineant: tamen in recognitionem regaliorum decima pars obventionum, der zehend/illi, penes quem sunt regalia, debetur b.

a c. un. que sint Regal. b l. placet. l. cuncti. C. de Metall. lib. 11. ibiq. Bart. Henning. Goden. consil. 1. 2. 3. de argentifod. VVesenb. de feud. c. 12. n. 4. Schneid. ad d. §. constituitur. n. 5. Et in tract. feud. part. 2. n. 105. Reliquum verò ad vasallum pertinet. d. l. cuncti. l. 2. §. si. l. seq. ff. de rebus eor. qui sub tutel. l. divorzio. 7. §. si vir. l. si fundus. ff. solut. matrim.

L.

Nec obstat Aurea Bulla, ubi habere argentarias est unum speciale privilegium concessum & reservatum Electoribus Imperii, quia intelligitur ut Electores habeant argentarias sine gravamine decimarum.

Henning. Goden. consil. 2. de argentifodin. n. 9. Jacob. de S. Georg. §. & cum argentifod. Schneid. d. loco.

LI.

Redeo ad usufructuarium: cujus tanta est in re fructuaria potestas, ut eam alii etiam fruendam concedere, vel locare,
vel

vel vendere, vel precario concedere vel donare possit *a*. Ita tamen ut ipsum jus personale sibi retineat, commoditatem verò percipiendorum fructuum alii concedat *b*.

a §. Minus. *Inst. de usu & habitat. l. arboribus 12. §. usufructuarius. l. 13. in fi. l. non utitur. 38. ff. h. t. l. necessario in fi. de peric. & commod. rei vendit. Rat. Nam precium succedit loco rei. l. 22. ff. de petit. hered. b d. l. necessario §. fin. de peric. & com. rei vend. l. si quis domum §. hic subiungi. ff. locat. l. si usufructus 66. ff. de jur. dot. Schneid. ad d. §. constituitur. n. 8. *Inst. h. t. Rosenth. in synops. sua feud. c. 9. quæst. 12. Arius Pinell. in l. 1. part. 3. n. 40. C. de bon. matern.**

L II.

Ratione potestatis istius quaritur, an fructuarius & vasallus de novo ædificare, & ædificium inchoatum ad fructus reponendos necessarium, consummare possint? Et posse defendere annitemur.

l. 13. §. 6. l. 73. ff. h. t. Nam concesso usufructu conceduntur omnia ea, sine quibus esse nequit. l. 2. de iurisdic. Obstat l. 44. l. 61. h. t. De quibus Cujac. lib. 1. obs. cap. 36. Costal. ad l. 61. h. t. Coras. lib. 1. Miscell. c. 6. Arius Pinell. in l. 1. part. 2. n. 52. C. de bon. matern.

L III.

Illud hic quaesitum memini, An fructuarius possideat necne? Et possidere ipsum jus utendi fruendi potius, quam fundum affirmamus *a*: ut potius quasi possidere, quam possidere dicatur *b*.

a l. acquiruntur 10. §. ult. de acquir. rer. dom. l. 1. §. Unde est quaesitum. ff. quod legator. b l. aut praetor. 23. §. 1. ff. ex quib. caus. major. l. 3. §. fin. ff. unde vi. l. sciendum 15. §. 1. ff. qui satisdant. cog. Cujac. lib. 18. obs. c. 24. Borch. de feud. c. 8. n. 65.

L IIII.

An fundo fructuario fructuarius servitutem imponere possit, exemplo vasalli *a* non immerito dubites? Et non posse verius est *b*.

a c. un. §. Rei de invest. de re alien. fact. ibiq. interpp. Ifern. Belvis. Laudens. Alvarott. VVesemb. de feud. c. 11. nu. 7. Curt. Jun. p. 4. nu. 105.

Hart.

Hart. Hart. de feud. ob. 29. Clar. §. feudum. quæst. 37. n. 1. Borcholt. c. 8. n. 62. Et multi alii quos congesit Rosentb. c. 9. quæst. 13. b l. 13. §. 7. in fi. l. 15. §. fin. l. 61. h. t. Cujac. lib. 1. obs. c. 36. à quo dissentit Russardus & Costal. ad l. 2. si ususfr. petat. Pinell. in l. 1. part. 3. n. 70. C. de bon. matern.

L V.

Similiter quæritur, An proprietatis dominus invito fructuario hoc facere possit. Et eum posse cum Connano a concludimus: si deterior fructuarii conditio inde non fiat b.

a lib. 4. comment. jur. civ. c. 2. n. 3. Pinell. in l. 1. part. 2. n. 74. C. de bon. matern. b l. 15. §. fin. junct. l. seq. ff. h. t. l. 2. ff. de Nov. oper. nunc. Ibi si hoc factio ususfr. deterior fiet, & c. Costal. ad l. 2. si ususfr. petat. Dissentis Cujac. lib. 3. obs. c. 22.

L VI.

Hic etiam magna, in qua explicanda certatim Dd. se suis acuminibus pungunt, occurrit quæstio: An usufructuarius novum opus nunciare possit? Et non suo sed procuratorio nomine facere id posse statuimus.

l. 1. §. fin. ff. de Novi oper. nunc. Zas. lib. 2. intell. sing. 19. Molin. de consuetud. §. 1. glos. 1. n. 15. Cujac. lib. 1. obs. c. 16. Idem lib. 9. obs. c. 17.

L VII.

Cæterum cum salva debeat manere rei substantia, cautio merito ab usufructuario exigitur, quæ duplex est, una ex edicto prætoris in usufructu vero a, altera ex SCto in usufructu quali: qua utraq; dolum malum abesse abfuturumq; continetur b.

a l. 1. in pr. ff. usufr. quemad. cav. l. 13. in pr. & §. 1. ff. h. t. l. de die 8. §. 4. Qui satisd. cog. Paul. lib. 3. sent. t. 6. b l. si tibi decem 6. l. 2. in pr. l. 7. l. 9. de usufr. ear. rer. l. 7. §. 1. usufr. quemad. cav. §. constituitur. vers. Itaq; Inst. h. t. Vvesenb. in par. ff. usufruct. quemad. cav. n. 1. D. Vult. lib. 1. c. 63. fol. 289. Decius consil. 607. Gail. lib. 2. obs. 46. n. 1. & seq.

L VIII.

Ille duas clausulas habet: 1. Usurum se boni viri arbitratur. 2. Et cum usufructus ad eum pertinere desinet, restitutum, quod inde extabit a. Prima statim committitur, quando

C aliter

aliter fuerit usus, & sæpius committitur: sequens committitur usufructu finito *b.*

a. l. 1. in pr. §. habet 6. ff. usufr. quemad. cav. b. d. l. 1. §. habet. V. Ves. in par. ff. usufr. quemad. cav. n. 2. Gail. d. loc. n. 2.

LIX.

Posteriore cautione cavetur de restituenda eadem re in genere, vel certe tantum restitutum iri, quanti res illa fuerint aestimata.

l. si tibi decem. 6. in pr. ff. de usufr. ear. rer. l. 7. ff. eod. §. constituitur. 2. In fl. h. t.

Sed quæritur, quænam hic intelligatur cautio? Et non de nuda promissione *a*, sed de satisfactione *b* quæ fit datis fidejussoribus *c*, si quidem haberi possunt, vel etiam, ut volunt, pignoribus, hic agi respondemus *d*.

a. ut in l. 2. C. de verb. signif. & passim ff. qui satisf. cog. b. §. constituitur. verb. utiliter. verb. satisf. det. Inst. h. r. l. si cuius 13. in pr. h. r. l. 4. C. eod. l. 7. usufr. quemad. cav. c. l. 1. qui satisf. cog. verb. Datis fidejussoribus. Mitusing cent. 6. obs. 48. V. Ves. in par. ff. usufr. quemad. cav. n. 1. Guido Papa decis. 248. d. d. §. constituitur, ibi utiliter l. 4. §. addit. vers. quid est idonee. de fideicommissar. libert. l. 1. §. jubet de collat. l. promissor 21. §. fin. de constit. pecun. V. Ves. in par. ff. qui satisf. cog. n. 4. & 7. & ad usufr. quemad. cav. n. fin. Bart. in l. preroria 7. n. 1. de preror. stipulat. Gail. lib. 2. obs. pract. obs. 47. n. 1.

Sed perelegantis & utilissimæ quæstionis est, si nec fidejussoribus nec pignoribus propter inopiam cavere usufructuarius possit, an ne iecirco usufructu privari debeat: Et licet in hujus dubii resolutione Dd. se multum torqueant, ut vel quatuor opiniones inveniantur: tamen Domini Alesiores in Cam Imp. putarunt, de rigore quidem juris hoc casu usufructuaria usufructu privari, sed a quissimum esse, & tutissimum, ut proprietarius fundi ad se recipiat, & vice usufructus certam annuatim summam seu fructus seu pecuniæ solvat.

Gail. lib. 2. obs. 47. Myus. cent. 6. obs. 48. Roland. d. Vall. consil. 92. n. 1. vol. 1.

LXII. Sed

LXII.

Sed an etiam ad juratoriam cautionem admitti possit, queritur. Et quamvis hoc à quibusdam *a* in disquisitionem vocetur, posse tamen suis casibus existimamus *b*.

a *glos. & Bart. in l. 4. C. de usufr. b* *auth. generaliter. C. de Epis & Cler. Cyn. Bl. Castr. in d. l. 4. C. de usufr. Angelus in pr. Inst. h. t. glos. & Dd in c. qua fronte. de appell. Bl. & Jas. in auth. cui relictum. C. de indict. viduit. toll. Schneid. ad pr. Inst. h. t. n. 11. VVesemb. in par. ff. usufr. quemad. cap. Barbat. consil. 11. vol. 3. Hypp. in pract. crim. §. diligenter. n. 104. Gail. lib. 2. obs. 47.* LXIII.

Num ergo prædicta cautio sit de usufructus substantia, vehementer inter Interpp. jurium est concertatio. Quidam enim constanter id affirmant *a*, Bart. *b* eã de substantia contra usufructus esse contendit. Quidam omnino negãt. Quibus & nos rextibus & rationibus lubnixi astipulamur *c*.

a *ut refert glos. in d. l. usufr. C. h. t. b* *in l. 1. n. 12. C. de usufr. c* *per l. hoc Senatus consultum. §. si pecunie de usufr. ear. rer. glos. in l. 1. verb. utendi. ff. h. t. Ferd. Vasq. lib. 1. §. 7. n. 25. VVesemb. cons. 91. n. 6. Arius Pinell. in l. 1. part. 2. n. 78. C. de bon. matern. Dissent. Roland. à Vall. consil. 92. n. 8. vol. 1. & consil. 42. n. 11. & 36. vol. 2. Schneid. Myns. ad pr. Inst. h. t. Andr. Gail. lib. 2. obs. 46. n. 3.*

LXIII.

Nam is qui donavit alteri omnia sua bona, retento usufructu, non est obnoxius præstare hæc cautionem *a*, sic fiscus nõ cogitur satisfacere *b*, nec pater in bonis filiorum habens usufructum *c*.

a *arg. l. ad res donatas ff. de AEdil. Edict. Decius in l. Divus Pius. in pr. de R. J. & cons. 265. Alex. and. cons. 54. Corn. Perus. cons. 267. col. 3. lib. 4. Myns cent. 5. obs. 36. b* *l. si ad fiscum i. ff. ut legat. nom. cav. R. quia præsumitur dives. c* *propter reverentiam paternam. l. cum non solum 8. §. si autem vers. hoc procul. C. de bon. qua lib. Schneid. in pr. Inst. h. t. n. 11. Arius Pinell. in l. 1. part. 2. nu. 20. C. de bon. matern.*

LXV.

Varè disputatur, an hæc cautio legatario, cui usufructus

relictus est, remitti possit? Et ab herede, non etiam testatore ipsam remitti posse, existimamus.

text. est in l. 1. ubi Bart. glos. & Dd. C. h. t. l. pen. C. ut in poss. legator. Rat. quilibet enim favori pro se introducto renunciare potest. l. pen. C. de pact. l. si quis in conscribendo. C. de Epif. & Cler. Vvesenb. consil. 91. Gail. lib. 2. obs. pract. 145. Ferd. Vasq. de success. & ult. vol. lib. 1. §. 7. n. 22. 23. & seq. Pinell. in l. 1. part. 2. n. 75. C. de bon. matern.

LXVI.

Præstita igitur cautione ita re fructuarius uti debet, ut neq; deteriorem eam faciat *a*, neq; substantiam ejus aut formam immutet *b*. Debet itaq; fundum rectè colere *c*, in locum demortuarum arborum & vitium alias substituere *d*, gregem ex natis supplere *e*, mancipia alere *f*, & secundum conditionem eorum iis uti, omnemq; curam præstare *g*.

a l. 12. §. fructuarius. 4. l. 10. l. 15. §. 3. ff. h. t. b d. l. 13. §. 7. l. usufructuarius. 44. l. 7. §. fin. l. seq. ff. h. t. Gail. lib. 2. obs. 67. nu. 11. Dominus vult. lib. 1. Jurisp. Rom. c. 63. fol. 289. cl. item si 9. in pr. ff. h. t. §. sed si 39. Inst. de rer. divis. d d. §. 39. de rer. div. l. usufructu 7. §. Cassius 3. l. agri 18. ff. h. t. e l. vetus 68. §. si ff. h. t. fl. sicut 45. l. 15. §. 2. ff. h. t. g l. sed si 15. §. 1. ff. h. t.

LXVII.

Item onera realia subire tenetur usufructuarius veluti modicis impensis ædes reficere, ut facta tecta habeat *a*, tributa, decimas, vectigalia, collectas, laudemia aliq; , quæ honoris causa dari solent, solvere *b*.

a d. l. usufructu 7. §. quoniam 2. ff. h. t. l. 7. C. eod. l. cum usufructuarius 64. ff. h. t. Schneid. ad §. constituitur. n. 10. Inst. h. t. Arius Pinell. in l. 1. part. 2. n. 72. C. de bon. matern. b l. usufructu 52. l. si pendentes 27. §. si quid. ff. h. t. l. quare 28. ff. de usuf. legat. Schneid. d. n. 11.

LXVIII.

Ad effectum quoq; pertinent actiones ususfructus nomine competentes. Ad usumfructum enim constitutum acquirendum nascitur actio personalis, qua fructuarius contra constituentem vel heredes ipsius ad tradendum usumfr. experitur.

l. pen.

l. pen. C. de usufr. l. repeti. §. §. fin. ff. quib. mod. usufr. amitt. &c.

LXX.

Item pro usufructu acquisito vindicando actio confessoria, è diverso verò pro libertate à servitute asserenda actio Negatoria comparata est.

§. æquè. Inst. de act. l. de servitutibus. 2. in pr. ff. si servit. vindic. l. 1. in pr. ibi, vindicaturum. l. uti frui §. §. si partis 2. ff. si usufr. per. VVes. in par. ff. si usufr. petat.

LXX.

Quæ actiones non ex figura & conceptione verborum ita appellantur, siquidem & verbis negativis, item affirmativis concipi possunt: sed ex re petita & sententia verborum.

a ut arguit l. 4. §. competit. ibi, hoc igitur nitendo. si servit. vindic. Id docet Cujac. in par. ff. d. r. Donell. in d. §. æquè. n. §. Inst. de action.

LXXI.

Illud etiam disputatum scio, An fructuatio utilis servitutum vindicatio detur. Quod negandum censemus.

l. 1. ff. de remiss. l. 2. ff. de nov. oper. nunc. l. 1. ff. si usufr. petat. Cujac. lib. 1. obs. c. 16. D. Vult. lib. discept. c. 18.

LXXII.

Et hisce modis constituitur usufructus. Ne tamen in universum inutiles essent proprietates semper abscedente usufructu, placuit certis modis extinguere usumfructum, & ad proprietatem reverti. Amittitur verò vel finitur variis modis. i. morte naturali ipsius usufructuarii *b*, morte etiam civili maxima & media capitis deminutione *c*.

a §. 1. vers. Ne tamen. Inst. h. t. l. omnium 13. §. 2. ff. h. t. b l. sicut 3. §. morte. fin. ff. quib. mod. usufr. amitt. §. finitur. Inst. h. t. l. 29. ff. de usufr. leg. l. in singulos 8. in pr. de annuis legat. c. l. 1. in pr. ff. h. t. l. pen. C. h. t. Olim etiam minima capitis diminutione amittebantur. Paul. lib. 3. sent. cap. 6. §. capitis. l. 3. ff. quib. mod. usufr. &c. §. finitur. Inst. h. t. Id quod immutatum est d. l. pen. C. h. t. Jure enim novo sublatis mancipationum solemnibus minima capitis minutio penè oblitterata est. VVes. in par. ff. quib. mod. usufr. &c. n. 3.

Deinde non utendo per modum & tempus *a*, quod olim quidem exemplo ceterarum usucapionum erat biennium *b*: Hodie decennium est inter presentes, vicennium inter absentes *c*.

a l. placet 23. ff. quib. mod. ususfr. amit. l. 3. si ususfr. pet. l. pen. C. h. t. §. finitur. Inst. h. t. *b* Jul. Paul. lib. 1. sent. tit. 17. l. corruptionem. vers. non utendo, & c. C. h. t. VVes. in par. ff. quib. mod. ususfr. n. 7. c. l. fin. C. de servit. l. corruptionem. C. h. t. VVes. d' loc. Dd. in auth. qui rem. C. de SS. Ecclesiis. Alex. Jaf. in l. divorcio §. si fundum. ff. solut. matrim.

LXXIII.

Etiā cessione, si domino proprietatis ab usufructuario cedatur, & contra, quæ res consolidatio appellatur. Secus est in cessione extraneo facta. Nam cedendo extraneo nihil agitur.

a §. finitur. Inst. h. t. l. si usufructus 66. ff. de jur. dot. VVes. in par. ff. quib. mod. ususfr. n. 5. & ad §. finitur. Inst. h. t. n. 6. 7. Paul. lib. 3. sent. cap. 6. Contr. disp. lib. 1. c. 12. Cuiac in not. ad §. finitur, h. t.

LXXV.

Postremo extinguitur usufructus irreparabili totius rei interitu, puta si ædes incendio consumptæ fuerint, vel etiam terræ motu vel vitio suo corruerint *a*. Nec non finito tempore, ad quod usufructus constitutus fuit *b*.

a pr. Inst. h. t. ibi est jus in corpore quo sublato §. finitur in si. Inst. eod. l. repet. 5. §. fin. ff. quib. mod. ususfr. l. si ager. 23. l. quid tamen 10. ff. eod. *b* l. interdum 15. ff. quib. mod. ususfr. amit.

LXXVI.

Si tamen civitati quæ nec moritur, nec facile capite minuitur, relictus sit, centum annis finitur. Quod etiam ad Ecclesias, collegium, vel simile aliud corpus protendi posse non ambigimus.

a l. an usufructus 56. ff. h. t. l. 8. ff. de usufr. legat. Rat. quia is finis vitæ longevi hominis est. d. l. an usufructus. l. ult. C. de SS. Eccles. & Respublica astatatur ὡς ὁ μακροζώνιος ἀνδραπῶν Plin. lib. 7. c. 48. VVes. enb. in par.


in par. ff. quib. mod. usufr. in fi. Dissentit l. hereditarium. 68. in pr. fin. ff. ad l. Falcid. Hanc à τινος μίαν dissolvit Cujac. ad t. de divers. & temp. præscript. c. 34. Schneid. ad §. usufructus n. 5. Inst. h. t. & c.

PARERAGON.

Questionis est, utrum mulier in repetitione dotis numerata per eam anterioribus atq. posterioribus creditoribus expressam hypothecam habentibus præferatur. Et licet nonnulla de studio juris optimè meriti negativam probabiliter defendant: Affirmativa tamen communi Dd. calculo recepta est b.

a) Iat. in §. fuerat. Inst. de act. nu. 72. Zas. n. 24. Gomef. n. 27. Angel. ibid. Bart. Rip. in l. quæsitum n. 7. de priv. credit. Corras. in l. quilibet. nu. 117. de rit. nupt. Neguzant. fol. 45. de pignor. VVesenb. in par. ff. de pignor. Cor. consil. 182. vol. 1. Donell. in l. assiduis. C. qui potior. in pignor. b) Myns ad §. fuerat. Inst. de act. nu. 12. Idem cent. 1. obs. 61. Idem Myns cent. 4. obs. 13. Hotom. in d. l. assiduis. Mozz. de pign. Cæpoll. cautel. 124. Covarr. c. 1. var. resolut. lib. 1. Angel. in auth. de æqual. dot. §. his consequenter. Petr. Vauder. de priv. cred. c. 4. Oldendorp. clas. 1. act. 11. Vaud. lib. 1. quæst. 21. Cujac. in par. C. de priv. dot.

FINIS.





PARSONS

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is difficult to decipher due to its light color and the texture of the paper.



380/44/60685(5)

X13<4460685500013

THE GREAT EASTERN
INSURANCE COMPANY
OF NEW YORK
NEW YORK

Freie Universität  Berlin

LIBRARY
FREIE UNIVERSITÄT BERLIN
1000
1998

x-rite

colorchecker CLASSIC

100mm